

## CODEX 123. olim signatus 6/10.

*Foliorum 340, 180 : 124 mm., partim columnis binis (fol. 1—84.), partim lineis plenis (fol. 85—340.) exaratus saeculo XIII. extremo; tituli sunt rubricati, initiales litterae rubro caeruleoque colore variae.*

Sermones dominicales per totum annum compilati per fratrem Jacobum de Voragine de ordine fratrum Praedicatorum.

*Praemittitur prologus in sermones infra scriptos. Humanae labilis vitae decursus salubri eruditione nos ammonet — mihi ad meritum provenire concedat. Dominica prima adventus sermo primus. (rubr.) Praeparare in occursum dei tui Israhel. Amos IIII°. Quando rex . . . Hdschr. S. Gall. Cod. 1035. Chevalier, col. 1150. Fabricius, Bibl. lat. med. 4, 51 sqq.*

---

## CODEX 124.

*Foliorum 198, 185 : 132 mm., olim constabat 216 foliis, uno sc. septernione ab initio, 16 sexternionibus et uno quinternione in fine; perierunt autem septernionis folium 2; quinternionis folium ultimum; sexternionis XII. folia 2—5. et 8—11. et XIII. folia 1—5. 8. 10. 11. Codex lineis plenis exaratus, titulis rubricatis distinctus et finitus est anno 1359, quod testatur haec subscriptio fol. 197': Man sol wiffen das dis büch ist vsgefchriben in dem iore do man zalte von gottel gebürte drüzehenhundert ior vnd darnach in dem nún vñ fúnzifogften iore an fant Mathif abent des zwelfbotten.*

*Fol. 198. vacat scripturâ.*

*Sermones idiomate germanico concepti.*

*Primus sermo acephalus incipit: Vnd minnent sich selber, vnd das ir in allen dingen, vnd sint hofertig vnd vngeloffen.*

---

## CODEX 125.

*Foliorum 48, 188 : 140 mm., lineis plenis exaratus, titulis rubricatis rubrisque initialibus litteris decoratus. Codex in fine mutilus scriptus est anno 1380; haec enim leguntur folio 36': Explicit tertius liber. Deo gratias. Gedenkent ouch ze Got Johanfes Frikers des alten Statschribers von Lucern, der vch*